Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

me ne malum facerem tibi nisi cito
venires in occursum michi non reman
sisset nabal usque ad lucem matuti
nam mingentis ad parietem. Susce
pit ergo david de manu eius que
attulerat ei. dixitque ei. vade in pace
in domum tuam. ecce audivi vocem
tuam et honoravi faciem tuam. Ve
nit autem abigail ad nabal. et ecce erat
ei convivium in domo eius quasi convivium
regis. et cor nabal iocundum. erat enim
ebrius nimis. et non indicavit ei ver
bum pusillum aut grande usque ma
ne. Diluculo autem cum digestisset vi
num nabal. indicavit ei uxor sua
verba hec. et emortuum est cor eius intrin
secus. et factum est quasi lapis. Cumque
pertransissent decem dies percussit dominus
nabal et mortuus est. Quod cum au
disset david mortuum nabal ait. bene
dictus dominus qui iudicavit causam
obprobrii mei de manu nabal. et ser
vum suum custodivit a malo. et mali
ciam nabal reddidit dominus in ca
put eius. misit ergo david nuncios
et locutus est abigail. ut sumeret eam
in uxorem. et venerunt pueri david
ad abigail in occursum et locuti sunt
ad eam dicentes. David misit nos
ad te ut accipiat te in uxorem. que
consurgens adoravit prona in terram.
et ait. Ecce famula tua sit in ancil
lam ut lavet pedes servorum domini
mei. et festinavit et surrexit abiga
il. et ascendit super asinum et quinque
puelle ierunt cum ea pedissequе
eius et secuta est nuncios david et
facta est illi uxor. Sed et achinoem
accepit david de iezrael et fuit u
traque uxor eius. Saul autem dedit mi
chol filiam suam uxorem david.

Et venerunt XXVI xxvi
ziphei ad saul in gabaa di
centes. ecce david abscon
ditus est in colle achille que est ex
adverso solitudinis in via. Et surrexit
saul. et descendit in desertum ziph.
et cum eo tria milia virorum de elec
tis israel. ut quereret david in deserto
ziph. et castra metatus est saul in ga
baa. achille que erat ex adverso solitu
dinis in via. David autem habitabat in
deserto. videns autem quod venisset
saul post se in desertum misit explo
ratores et didicit quod illuc venisset
certissime. et surrexit david clam
et venit ad locum in quo erat saul.
Cumque vidisset locum in quo dor
miebat saul. et abner filius ner prin
ceps milicie eius. et saulem dormien
tem in tentorio. et reliquum vulgus per
circuitum eius. ait david ad achi
melech etheum. et ad abisai filium
sarvie fratrem ioab dicens. Quis des
cendet mecum ad saul in castra. dix
itque abisai ego descendam tecum. Vene
runt ergo david et abisai ad populum
nocte et invenerunt saul iacentem
in tentorio et dormientem. et hastam
fixam ad caput eius in terram. abner
autem et populus eius dormientes in circu
itu eius. Dixitque abisai ad david
conclusit deus hodie inimicum tuum
in manus tuas. nunc ergo perfodiam
in terra eum sua lancea semel. et secundo.
opus non erit. Et dixit david abisai
ne interficias eum quis enim extendet
manum suam in christum domini. ~~Nunc
igitur tolle hastam~~ et innocens erit.
Et dixit david. Vivit dominus quia

174